

SPECIES (cujusmodi alia medi sunt gradus, cum *MORALES*, tum *INTELLECTUALES VIRT.* alia infimi gradus, *SEMI-VIRTUTES* dicta, alia deniq; *supremi gradus, VIRTUS HEROICA* dicta) nunc *Libro VII. COGNATA* (cujusmodi est *A-micitia* ejusq;ve *species*) enarret, itidem ipse de καλοκαγαθία, sive *Virtute perfecta*, & *quis* item perfecte *Bonorum* sit *scopus*, differens.

APHORISMUS XLI.

Partim Singulari, ut UNICUS est de VIRTUTIBUS Libellus.

EXEGESIS.

§. 1. Absolvitur aureus hic *Aristotelis Libellus Praefatione & Tractatione.* Praefatio de *Virtutibus*, deq;ve, quae his opponuntur, *Vitiis*, & quidem tunc *in genere*, *Virtutes* ac *Vitia* ordine recensendo, agit. Nec enim *Philosophus* heic tantummodo docet, quod, quemadmodum *laudibus*, quae pulchra, sic *convitiis*, quae turpia sunt, prosequi par sit: quodq; inter pulchra quidem *Virtutes*, inter turpia vero *Vitia* primatum teneant; sed & *ratione*
Caus-